

# Universitätsbibliothek Wuppertal

## Plutarchu Chairōneōs Ta Sōzomena Panta

Continens Vitas Parallelas Graecè & Latinè

**Plutarchus**

**Francofurti, 1620**

In Alexandrum annotationes

---

**Nutzungsrichtlinien** Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.

Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

[urn:nbn:de:hbz:468-1-1340](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:468-1-1340)



chus ne de generali constitutione hic innuat: quam vt diuise-  
 rit Hermagoras, exponit priore libro De inuentione Tullius.  
 Quæ sequitur de Nemese quadam lætis tristitia admiscente  
 sententia, non est satis dextre à Tudertino reddita. Eleganti-  
 sime eandem expressit venustissimus poeta Apollonius, ver-  
 sib. quos (sunt enim aureoli) adscripsi de quarto *ἀρροναυπικόν*,  
*Ἀλλὰ δὲ οὐ ποτε φθλα δὴν παθεῖαν ἀνδρῶπων Τερπυλλῆς ἐπέσημεν ὄλω ποδὶ*  
*σιῶ δὲ πικρῆ Πικρῆ παρμύβλωκεν εὐφροσύνησιν αὐτῆν.* Et Ouidius se-  
 ptimo M. tamorph. hunc (opinor) imitans, *... usque adeo nul-*  
*la est sincera voluptas: Sollicitumque aliquid lætis interuenit.* Ita-  
 que non pessime Chætea ille Terentianus, summa poti-  
 tus voluptate, perfulsusque gaudio, dixisse videri poterat,  
*Nunc tempore profecto est, quum perpeti me possim interfici, Ne*  
*vita aliqua hoc gaudium contaminet egritudine.* Sed hæc præ-  
 ter institutum.

Ibid. c. In epistolis Ciceronis] Muciam hanc sororem fuisse  
 Metellorum, Q. Q. Celeris & Nepotis, uxorem Pompeii, pa-  
 tet ex epistola Ciceronis ad Celerem, quæ est secunda lib. 5.  
 Famil. Eandem fuisse dimissam à Pompeio, epistola decima  
 libri ad Atticum primi ostendit. Causam autem neque ibi ne-  
 que in vlla alia (quæ extet) epist. Cic. exponit: nisi vehemen-  
 ter me fallit memoria. Sane Suetonius in Iulio Cæsare, vbi de  
 eius lasciuia loquitur, discrete explicat rem: scilicet eam à Cæsa-  
 re pollutam fuisse.

643. b. Reuera attingebat quadragesimum] Imo si Velleio  
 (quidni autem?) credimus, annuntium agebat quadragesi-  
 mum quintum: siquidem natus est C. Attilio, Q. Seruilio  
 consulibus: (anno V. C. DC. III.) triumphauit autem M. Pi-  
 sone & M. Messala consulibus, natali suo, prid. Kal. Octob. vt  
 est apud Plin. libri septimi & libri vltimi capite secundo. vt  
 suspicari aliquis possit pro *πεντακοντα* legendum *πεντηκοντα*. Sa-  
 ne post etiam, vbi bellum civile Pompeianum describitur,  
 annos natus LVIII. Pompeius dicitur fuisse: quod cum Vel-  
 leiano numero non dissentit.

644. c. Capioni præbatur] *Σκιπίων*: quod retinuit interpr.  
 Suetonius in Iulio, cap. 21. Cæsar suam Iuliam Cn. Pompeio  
 collocauit, repudiato priore sponso Seruilio Capione. cuius  
 vel præcipua opera paulo ante Bibulum impugnaverat. Sed  
 in vita Cæsaris occasio apparet huius mendæ tollendæ, vbi  
*Σερουίλιον Σκιπίων* legitur, eadem in historia. Scipionem autem  
 non esse cognomen Seruiliorum, sed Capionem, satis  
 est notum. quanquam ne insolens quidem fuit librariis, in hi-  
 storia præsertim Cimbrica mentione, *Σκιπίωνα* pro *Καπίωνα*  
 scribere. Amoto quid in mentem venerit vt Pisonem hunc  
 diceret, non video.

646. e. Prælucentem seruum interfecit] Xyl. vertit, *Seruo*  
*lucernam præferente occiso.* & annotat, *ἀπικτείναν μέλιτον παση-*  
*γρούμενον λεχνοφόρον.* Vitiose. inde Tudertinus Melitum propriū  
 nomen eius lucerniferi commentus est, imitante id ipsum A-  
 mioto. Satis autem conspicuum sit, legendum *μὲν τὸν προ μέλι-*  
*των*, vel ex eo quod sequitur, *ἐσφύλασσε δὲ.* Historia eadem in  
 Crasso etiam est, & in Catone philosopho.

*Antiam vero & Vatinium*] Mendum est in priore vocabu-  
 lo. De Vatino satis constat, vel ex Catonis vita. de altero ni-  
 hil succurrit. Quod autem sequitur, *Crassius omisso consulatu*,  
 in Græco est *ἀπαλλαγῆς τῆς ὑποαπίας*. quæ verba cur sic verte-  
 rim, historia docet. Consul enim & paludatus est in prouin-  
 ciam profectus.

647. f. Omnia sunt partita diis] Venustissimus est locus:  
 quo alludit ad diuisionem mundi, qua eum inter se Iupiter,

Neptunus ac Pluto ita erant partiti vt vnicuique suum re-  
 gnum satis esset, neque alteri suum præripere opus haberet.  
 Verba sunt Neptuni, ob imperata Iouis indignantis, apud  
 Homerum lib. 15. Iliadis, ita nota vt oscitantur Tudertini me-  
 rito succenseatur.

652. e. Reprehendit etiam Cicero] Lib. 7. ad Atticum, ita scri-  
 bens: Per fortunas, quale tibi consilium Pompeii videtur?  
 hoc quæro quod urbem reliquerit. Ego enim *ἀσπρά*: tum ni-  
 hil absurdus. Urbem tu relinquant? ergo itidem si Galli vene-  
 rint. Non est, inquit, in parietibus res publica. at in aris & fo-  
 cis. Fecit idem Themistocles. fluctum enim totius barbariæ  
 ferte vna vrbs non poterat. at idem Pericles non fecit, annum  
 fere post quinquagesimum, quum præter mœnia nihil tene-  
 ret. nostri olim vrbe reliqua capta, arcem tamen retinuerunt.  
*Ὁὐτὼ καὶ τὸ πρῶτον ἐπιθρόνηται καὶ ἀδύρα.* Vbi qui *ἐπιθρόνηται* le-  
 gerunt, & verbum Homeri (extat in deprecatione Phœnicis  
 ad Achillem lib. Iliadis nono) & sensum corruerunt Cæ-  
 ronius. Vult enim maiorum præclara facta cum hoc Pompeii  
 ignauo & indigno facinore comparare. Quem autem hic  
 Numerium Plutarchus vocat, is videtur esse Cn. Magius. de  
 quo sic Cæsar libro De bello ciuili primo: Reducitur ad Cæ-  
 sarem reprehensus ex itinere Cn. Magius Cremona præfe-  
 ctus fabrum Cn. Pompeii: quem Cæsar ad eum remittit cum  
 mandatis, &c. Atque haud scio an etiam ibi Numerius dica-  
 tur, Plutarchusque inde hæc sit mutuatus: & sit legendum N.  
 Magius, non Cneus. Etenim Numerius prænomen fuit, &  
 litera N. signabatur, vt doctè demonstrauit Sigonius in libro  
 De nominibus Romanorum. Ac facile fieri potuit vt eius rei  
 ignorance lapsus, CN. (quod est vsitatius prænomen) pro  
 N. scripserit librarius. Minuta sunt hæc, inquit. Fateor. est  
 enim hic in tenui labor. sed tamen & multos doctissimos  
 viros accurate hoc in genere emendandi versari video: quo-  
 rum conatum reprehendere sit temerarium. & nemo est (o-  
 pinor) vere bonorum librorum studiosus qui non mallet  
 Cæsaris quam librarii verba legere: & si Cæsari non fuisset  
 ineptum visum addere prænomen, ineptus sit qui illud agno-  
 scere nolit. Denique oraculi vim habet ea sententia, quam  
 nobilem & vsitam in Paulo noster sic extulit: *τὴν δὲ μαιζο-*  
*νων φρουρῶν καταλύουσιν οἱ ἀρετῆμενοι τὴν ὄντως μικροῖς ἀκριβῆσαι.*

653. b. Labienus relicto Cæsare] In Græco dicitur *Λαβίων*,  
 Labeo. Quod miror à Tudertino retentum. nihil enim T.  
 huius Labieni defectione à Cæsare magis notum est, cum a-  
 liunde, tum ex septimo Epistol. ad Atticum libro, & Cicero-  
 nis ad Tironem epistola, quæ incipit, Quanto in discrimine.

Ibid. d. *Iubium*] Xyl. habet *Vibillum*. & annotat, Pro O-  
 rico interpres Nericium habet: quod est nihil. in Græco hic  
 recte est *Ἰούβιον*. Sed Iούβιον non dubitauit in Vibillum vertere,  
 Cæsarem sequutus, ex quo hæc noster descripsit.

657. d. *At pater in currum residens*] Homericus sunt versus de  
 Aiace Telamonio, Iliadis lib. 11.

660. b. *Pothinus*] Comment. Cæsaris Photinum habent.  
 Cr.

IN COMPARATIONEM.


662. d. *Eurytionidis*] Xyl. vertit, *Eurytionis posteris.* & an-  
 notat, Hæc peruertit & confudit interpres, leui Græcorum  
 verborum mendo seductus: quod corrigi à quouis possit qui  
 animus ad historiam intendat *ἠπύρην*. *εὐρυτίωνος δὲ*. legen-  
 dum *ἠπύρην* *εὐρυπυλίδων*. & pro *παρῆξει*, *παρέχων* vel *ἀπὸ γαζῶν*.  
 De Eurytionidis dictum est in Lycurgum.

IN ALEXANDRVM ANNOTATIO-  
 nes Guil. Xylandri & Herm. Crusarii,  
 interpretum.


665. *Atque inde parata fratris voluntate Arybba*] Xyl. ver-  
 tit, *A patrio eius Arybba.* & Annotat, *Ἀρύββα*. Arybbam vo-  
 cauit Iustinus libro septimo, & Diodorus Siculus libro deci-  
 mofexto. Existimo autem pro *ἀδελφῶν αὐτῆς*, legendum esse  
*ἀδελφῶν τῆς πατρὸς αὐτῆς*. Fuit enim frater Neoptolemi Arybbas,  
 & tutor Olympiadis, fratris filia. Quod ad genus Alexandri  
 Magni maternum attinet, id ex Pyrihi à nobis proposita ge-  
 nealogia, qui & ipse Achillis fuit *ἀπὸ γονος*, intelligi facile potest.  
 Quod ad paternum, Caranus rem obscuriorē aliquanto fa-  
 cit. Autor noster haud obscure innuit, eum Heraclidam, id  
 est de posteritate Herculis fuisse: sed rationem stirpis non ex-  
 plicat. Luius libro quadragesimo quinto: Vigesimo (in-  
 quit) à Carano, qui primus Macedonibus regnauit, Persea  
 numerabant. Solinus c. 15. sui Polyhistoris, Macedoni Caranū  
 ducem Peloponnesiacæ multitudinis in tenenda Macedonia

successisse, Caranūq; successorem Perdiccam, primum regem  
 Macedonia nominatum scribit. Prope idem est apud Iustinū  
 libro 7. Quin & Suidas, quocumque id ex scriptore, annota-  
 uit, Caranum exercitum ex Græcia in Macedonia, magni  
 tum nominis regionem, adduxisse, in eaq; regnum obtinuisse,  
 & successionem à se reliquisse vsque ad Philippum Alexandri  
 Magni patrem. Apparet autem, ad Temenum Heraclidam  
 genus regum Macedonia referendum esse: ex Herodoto ma-  
 xime, qui etsi de Carano nihil refert, Perdiccam tamen hunc  
 dierte Temeni stirpe prognatum ait, vbi quomodo is poti-  
 tus sit Macedonia regno ostendit, ad finem fere Vrania. Te-  
 menus porro filius fuit Aristomachi, nepos Cleodemi, (Lyc-  
 phronis interpres Cleodotū, Pindari in 7. odā Isthmiorū Clea-  
 dam vocat fortassis mendose) qui patrem habuit Hyllū, Her-  
 culis F. Ex Pausania & Zeza hæc genealogia describi potest.





Iam successiōnem regum Macedoniae hic proponere superledeo: quae extat apud Herodotum, Solinum, Iustinum, & Diodorum Siculum ac chronographos. Vltimam partem apposuisse sufficit, & in gratiam philologi le&oris obiter explicare.



Iustinus Ptolemaum inter filios Amyntae non retulit: idemq; etiam aliam eius ex Sygaa (Cygaa puto) prolem refert. Nos Diodorum sequimur: qui lib. 15. ad primum annum Olympiadis 1111. a Ptolemao Alorita occisum fratrem Alexandrum scribit. & meminit in Pelopida Plutarcho, filium quoque illius Philoxenum referens. Ptolemaum interfecit Perdicca, eique successit. Vide porro initium lib. 16. Cleopatra Alexandri Magni soror. nupta est Alexandro auunculo suo: vt scribit eodem libro Diodorus, & lib. 9. Iustinus: meminitque Linius lib. 8. Habuit autem Philippus praeter Olympiadem, alias quoque multas vxores, quas referre non est operae pretium: legitur Athenaei *de sympoticis* lib. 13. initium. ex Larissia quidem saltatrice, nomine Philinna Aridæum filium duobus pp *Αριδαίου* scribitur apud Diodorum & Plutarchum sine Alexandri) sustulit. qui quum Macedoniae rex secundum Alexandri mortem per sex annos fuisset, iussu Olympiadis vna cum vxore Euridyca est necatus a Macedonibus. Iustinus lib. 14. alii. Duxit etiam Cleopatram, Hippostrat. filiam & sororis Attali, vt ex Athenaeo & Diodoro patet: quanquam soror Attali apud Iustinum lib. 9. dicatur, codicum opinor mendo. His nuptiis maxime offensam Olympiadem & filium eius constat. Alexander quoque vxores habuit plures: vt Barginam Artabazi filiam, ex qua natus Hercules, quem Casander necauit, annos natum x i v. vt Statiram Darii filiam, quam fraude Roxanes necatam Plat. ostendit: vt Roxanem Oxyartae Bactrianorum regis filiam, quae post vna cum filio est a Casandro necata. ex Curtio Diodoro, Iustino.

665. c. *Istius regionis feminas*] *αἱ τῆς ἡνωμένης*. Quae? Molossiae, vnde fuit Olympias, an Macedoniae? Posterius probo, ob vicinitatem etiam cum Thracia. Caeterum *κλώδοναι*, Clodonas, legendum hic esse. non (vt est in Guarini versione, forte tamen librarii errore) Dodonas, testantur Graeci etiam lexicographi, Hefychius & Varinus: apparuitque dictas *κλώδοναι* vnde est etiam *κλωδός*, & similia. Edonides autem dicuntur Thressae seu Thraciae mulieres, vt Edoni Thraeces, apud Latinos poetas praesertim & Graecos. Theocritus *γαλιώσι*, *Εἴης δὲ ἠδωνῶν μὲν οἱ οὐρεσι*. - Virgil. 12. *Aeneid.* Ac velut Edoni Boreae quum spiritus alto Insonat *Αἴαο*. - Vide Plinium l. 4. c. 11. *κλώδοναι* autem Protepere est, non Illabi, vt male Guarinus vertit, & sic in Graeco Lexico (in quod multa sunt talia ex malis Graecorum autorum interpretationibus confascinata: vt opus nimirum cresceret, etiam inuita Mnerua) exponitur. quod vel praepositio *δὲ* cum genitio addita eos monuisset. Iam *λίκνον*, hoc saltem loco, inepte Ventilabrum vertitur. Quid enim Bacchis cum Ventilabro? Cunas quidem hoc vocabulo significari, non lexica modo indicant: sed & Homerus sic vsus perspicue est in hymno in Mercurium, *ὄ, καὶ ἰπὸ δὴ μητρὸς αἰτὶ ἀθανάτων θορὴ γέμων, Οὐλίπθ δὴρὶν ἕκειτο μίνων ἰερῶν αἰλίκνων*. Et nescio ex quo scriptore Zezes in Lycophronem de Thytho, *γνερέσαιτε: ποσὸν πῶν αἰ καὶ οὐ παλῶσα καὶ λίκνω αὐτῶν ἀδυσσευφόμενον δίκλων βρεφουμίον καὶ θινδόν*. Et quia inde *λίκνις* dicebatur Bac

chus, vt testantur *καὶ καὶ ἀφο*. Graeci: probabile est de cunis mentionem fieri. Id si cui minus probabitur, calathum, vel cistam in quibus res ad sacrificia pertinentes gestarentur, interpretetur. Nam & Theocritus in Bacchis ita: *Ἴεσθ' ὅτ' οὐ κίσκες πρὸ κνήμινά χροῖν ἰδοῖσαι*. Infra etiam in Phocione *μυσηκεὶ καί τινι βομιναντῶν*.

Ibid. e. *Die sexto*] *ἐκ τῆς ἡμέρας*. Quod longe est ab Idibus diuersum. De mensium Graecorum nominibus & ratione dicam aliquid in fine huius lucubrationis. Hegestae frigidum epiphomena, plane in glaciem apud Guarinum congelauit.

666. b. *Oculorumque leuitatem*] *Χυλ. vertit. Oculorum volubilitatem*. & annotat, *πύρον*. Imperite idem humectantes oculos dixit. Hoc autem vocabuli supra in Pompeio exposuimus.

Ibid. c. *Exhaurit enim sol humorem in summis corporibus existentem*] Hoc enim est *ἐπιπολάζου*, non rebus abundare extrinsecis. Hinc apud Aristotelem *δδξαι ἐπιπολάζουσαι*, quae omnium maxime celebres, & omnium in ore sint. & Thucydides libro 5. Epipolas partem Syracusarum editissimam dictam scribit *δξαι τὸ ἐπιπολάζουσι τῶν ἄλλων ἔσθ*: vt alibi etiam monui.

Ibid. d. *Rhapsodorum*] Sic & Xyl. vertit, *Rhapsodorum*. annotatque, *ραψωδῶν*. Graecum hic relinquere quam supponere Latinum haud satis aptum malui. Erant autem rhapsodi, qui aliena carmina poetarum in solennibus conuentibus recitarent, poetarumque essent quasi interpretes. Multa de horum officio disputantur apud Platonem *ἑων*. hoc est in dialogo de Iliade. Dicti sunt vel *ῥαψοὶ τὸ ῥάψω καὶ ὠδῶν*, quod carmina confuta quasi ex partibus diuersis, & in vnum corpus conferta, (qualia fuisse Homericis, alibi ostendimus) recitarent: vel quod virgam, *ῥάψω*, manu tenentes cantarent. Qua de re dixi ad initium Vlyssae. Vide omnino scholiastem Pindari in *Ἰωνικῶν*, & *ἰσθμίων δ'*: & Eustathium initio commentariorum in primum librum Iliadis.

668. a. *Nympharum prope Miezam*] *Νυμφῶν* sacrum Iuicum & dedicatum Nymphis intelligi posse puto, si nō sit proprium loci nomen. Miezam quidam per y scribunt: sed *Μιζαν* & Stephanus habet, & Plin. lib. 4. c. 10.

Ibid. c. *Reuera enim commentarius ille qui dicitur τὰ μὲν φυσικὰ*] Epistolae haec extant etiam apud Gellium, lib. 20. cap. 4. Quid inter *ακροαματικά*, siue *ἐπιπαικτικά*, & *ἐγκύκλια*, quae & *ἐξωπεικτικά* dicuntur, interlit, hoc ex loco apparet: neque fufius hic explicandum duxi. Praesens locus est obscurus. Si *μὲν* non legitur pro *ἑσθ*, (quod sane haud scio: physica quidem ipsa *ακροασιων* titulum habere, ea inquam quae maxime sunt *φυσικά*, nemo ignorat) de prima philosophia intelligi debebant ii libri acroamatici, quos editos Alexander queritur. Primam enim philosophiam vocat Aristoteles eam quam idem *τὰ μὲν φυσικὰ* & theologiam cum Platone, qui & *ἡθελικηκεῖν* eam appellat. Inde sic vt physicen quam speciatim dicimus, idem Aristoteles *δευτέρων* nominet *σοφίαν*, *ἢ μὲν τὰ φυσικὰ* libris γ & δ. Quae tamen vtranis nihilne ad *μαθησιν* & *διδασκαλίαν* conducatur, neque facile dixerim, neque facile crediderim. Quod si *ἑσθ*, Praeter hic significaret, vtique cum datiuo construendum erat. Iam illud *ὑποδύματα* ad *παιδαγωγίαν* an ad *γυμναστικά* pertineat, vel *παιδαγωγίαν* pro *ὑποδύματα* *παιδαγωγίαν*, an d' indi & referendi casu positum sit, ambigi haud iniuria potest. Itaque non liquet. Ipse vestigia Graecorum verborum sum sequutus. Interpretes etiam ad primam philosophiam retulerunt. Sed profecto neque eam puto fuisse Alexandro ab Aristotele traditam: & si hoc vellet, scripturū fuisse Plutarchum, *αἰσθητικὴ γὰρ ἡ τῶν μετὰ τὰ φυσικὰ &c.* quum legatur *ἡ μαθησιν*, &c. Ergo amplius. Quod de medicina sequitur, ita extulit Guarinus quasi Aristoteli autor studii in medicam rem conferendi fuerit Alexander. Graeca, & ipsa ratio, diuersum ostendunt.

Ibid. *Quam ex narthecio vocant*] id est, quem Iliadis librum a narthecio, in quo recondetur, Iliadem Narthecianam appellant. Sic enim intelligendum hunc locum iudico. Guarinus hic quoque fecit quod saepe solebant huius autoris interpretes. etenim totum hoc, *ἡ δὲ νάρθηκος κεκοδοῖν*, omisit, quum forte non intelligeret. Amiotus minime locum intellexit: itaque scripsit, etiamnum eam Correctam vocari. Narthecium esse vas vnguentarium, vel medicamentarium, apparet ex Ciceronis libro De finibus secundo. Iam doloris (inquit) medicamenta illa Epicurea tanquam de narthecio promant, &c. vt ante nos etiam est ab aliis obseruatum. Ego *νάρθηκα* primitiuum, idem quod deductum inde *νάρθηκιον* facere posse cenfeo: quod confirmari Lexicographorum etiam auctoritate video,



quibus *ναρθηκα* id est significare quod *ναρθηκιον* placet, & *σευδος* *πιαπειαν* esse. Enimaero cognomen hoc ab illo nobili Darii vnguentorum serinio factum Iliadi, quam secum assidue haberet Alexander, puto, ut Nariheciaa diceretur. Est enim tum alibi tum apud Plinium historia, quam ipse verbi de libri septimi capite vigesimo nono huc adscripti, ut hunc locum penitus explicem. Itaq. Alexander (inquit) Magnus, inter spolia Darii Persarum regis, vnguentorum serinio capto, quod erat auro gemmisque & margaritis pretiosum, varios eius usus amicis demonstrantibus: Imo Hercule, inquit, Ibrorum Homeri custodia datur, ut pretiosissimum humani animi opus quam maxime diuini opere seruetur. Hinc & quid *ναρθη* sit vel *ναρθηκιον*, intelligi, & Plutarchi sententiam apparere puto.

Ibid. e. *Medaros rebellantes subegit* ] Xyl. vertit, *Medos qui defecerant.* & annotat, *Μεδάρων*. Ego Medaros nullos noui: qui nouerit, prodatur. Medos noui gentem Thracicam, Macedoniae vicinam: Limusque etiam libro vigesimo sexto in cursione eos facere in Macedonia solitos ait, quos exterio bello rex Macedoniae dederetur. Ergo Medos scripsi. Quod enim Megarense Guarinus substituit, non sanauit sed auxu malum.

669. c. *Pexodorus* ] *Πηξόδωρος*. Post per *ιδωπα*: male Arrianus lib. 1. *αυαδ. Α. Πηξόδωρον* vocat: apud Diodorum *Πηξόδωρος* legitur decimo sexto.

670. a. *Eum simul qui tradidit*, &c. ] Versus ex M. dea Euripidis. Verba ipsius sunt de Iulone, Ioceroque & vxore nouis eius Creonte & Giauca, necandis deliberandis. Per *δδντι*, Dantem, ibi loquitur Creon: hic (opinor) nuptiatum & supri Pausanias illati autor Attalus, tum nouus maritus Philippus & Cleopatra vxor recens Olympiadi superinducta interligantur.

673. *At Rofaco* ] Rosacere est apud Curtium Cr.

Ibid. e. *Raro autem tenuis & resonantia suo abruptis & confragosis rupibus aperiret saxa* ] Hunc locum male tractant interpretes, ac glaciem nulla cogente necessitate, satis si gide apposit: quali vero *παρος* nihil praeter glaciem significat. Mito Eurip. & Sophoclis testimonia quibus planum facere possunt, *παρον*, saxum, scopulum, autem uel significare. Sane Homeri versus notus est lib. 5. *Ὅ δ' ἀκταὶ περὶ κλύπης ἔσαν, ἀπλάδεις, π' παροι π.* Eustath. *παροι, παραδεις ἔξοχαί, ἢ εἰς ὑψος ἀνέχουσαι πέτραι.* & apud Aeschylum Vulcanus de iupe cui erat affixus Prometheus, *Προπηλαλίοντι*, inquit, *πρὸς ἄπειθρον πρὸς παρῶν.* Quin & in Catonis Censorii vita sic vituperat noster, de Thermopylarum ab eo captis angustis scribens. Caterum hanc eandem historiam explicatam legere potes apud Strabonem libro decimo quarto. Versus Menandri, atque etiam nostri, sunt trochaici quadrati.

674. d. *Quum regis esset asandes* ] Legendum fortassis ascandes, id est nuncius: vel ascantes, id est cubicularius Cr. Xylander autem annotat, Hoc quid sit non facile dixerim: neq. alibi me id uocabulum recordor reperisse. Iustinus Darium ante Codomanum appellatum, & ob virtutem prius Armenis praefectum, inde Ocho mortuo a populo regem factum, Dariique nomen accepisse, scribit lib. 10. Diodorus praeterea lib. 17. regio eum genere natum fuisse docet. Sed inde nihil certi colligo. *ἀσκαντις* quidem lecticam aut grabbatum significat Graecis, ut est apud Eustathium, Suidam, & alios: ut coniectere fortassis liceat, fuisse eum aliquando unum de regis cubici. Latius, *ἢ αὐτὴ καὶ πινυασιών.*

679. d. *Exinde undoso* ] Versus sunt de lib. 4. Vlysses Homericæ. Male autem Guarinus hanc Phari descriptionem extulit. Quod tanta hic dicitur, id explicant aliorum verba,

qui pro his *υνοίον* *αδ' υνεας* habent. qui plura uolunt, praeter geographos Caesarem ad finem libri tertii De bello civili consulunt.

681. b. *Non talis diis sanguis*, &c. ] Xyl. vertit, *Non ichor.* & annotat, Vertere in linguam Latinam hoc uerbi hoc loco non potui, nisi si tantum uoloissem dicere, quod est cruore uel sanguine aliquid deterius, eoque minus deorum naturæ conuenit. nam quæ alias *χρῶς* significat, huc non pertinent. Versus est apud Homerum lib. 5. Iliadis, de Venere à Diomede lauciata.

683. c. *Apolleni immolans* ] *πρὸς Φοῖβῳ*. Annotatum est hic ab Amioto, in diuersis exemplaribus *φοῖβῳ*, metui scilicet seu pauori, pro *φοῖβῳ*, quod est Apollinis epitheton, ac nonnunquam pro substantiuo ipso ponitur. legi. Quæ ipsa fortassis lectio, quando arcanorum sacrorum mentio fit, locum habere possit. Se immutare hanc planiorem nolui.

684. b. *Baleum gestabat* ] Xyl. *Sagum gestabat.* & annotat, *βηππορπιμα*, à fibula nomen habet, apparet autem ex Eustathio in *μ* Iliadis, *βηππορπιμα* esse idem quod *ἐφραπιδά*, & *ἐφραπιδά* ipse in librum *π* eiusdem operis, idem esse cum chlamyde docet: quod & alii lexicographi sequuntur, Baleum vertit Guarinus: sed non satis uideo quo autore: cincturam Amiotus.

686. b. *An potius flamma fomes liquor hic* &c. ] *εἶπε μᾶλλον ὑπὸ κλάυμα.* unde apparet, plures de origine naphthæ recitatas à Plutarcho opiniones, quarum hæc fortassis uictima fuit reliquis amissis. Sane Amiotus annotauit, in Græco hic aliquot lines deesse. De naphtha uide etiam Strabonem libro decimo sexto.

690. c. *Exathrem* ] Oxathrem habet Curtius. Cr.

691. c. *Balno* ] Cebalinum nominat Curtius. Cr.

694. d. *In Græcia mores mali sunt* ] Xyl. vertit, *Quam comparatum inique id est in Græcia.* & annotat, Miror tam tritum locum à Guarino non animaduertum intellectum uel fuisse. Sunt autem apud Euripidem aliquot versus, quorum initium tantum, ut notorum, posuit Plutarchus. Is Peleus queritur, rei à Græcis apud Troiam gesta Atridas gloriam sibi vindicare, quum ipsorum minima fuisset opera. Ita hic Clitus obiciebat Alexandro, eum superbire gloria ferum à Macedonibus gestarum.

700. d. *Limneus* ] Timæus est apud Curtium. Cr.

705. a. *Desideraunt praeter omnes artifices Stasiratem* ] Diodoratem hunc nominat Vitruuius in praefatione libri secundii.

706. c. *Non exhausit Hercules scyphum* ] Hunc locum peruerit Guarinus. Non enim hoc ait Plutarchus, Alexandrū, priusquam illud poculum ebibisset, morbo fuisse correptum: sed totam illam de Herculeo scyphi & subito dolore narrationem, ait esse fabulam. Meminerunt huius scyphi & Diodorus & Curtius. Annotatum in margine à quodam est, consulendam explicationem prouerbii, Seruatori tertium. Verum id ad rem nihil facit omnino. Sunt qui poculo nomen Herculis fuisse putant. Ego non ab re puto dici posse, in honorem Herculis id poculum ebibisse Alexandrum, ut autoris suæ stirpis. Notum est enim, inter pocula moris fuisse etiam diis libare: inuitantesque se liberalius arbitror eo libationem istam transfuisse. Horatius ad Augustum suum, -- & alteris Te mensis adhibet deum. Te multa præce, te prosequitur meo Diffuso pateris: & laribus tuum miscet numen, uti Græcia Castoris Et magni memor Herculis. Quod idem Mario ob Cimbricam uictoriam obtigisse, scribit Plutarch. *πειναγίδα* non esse xiiii. sed ultimum mensis diem, satis est notum.

I N C Æ S A R E M A N N O T A T I O

nes Guil. Xylandri & Herm. Crusarii,

interpretum:

707. d. *Cinna, qui Romæ rerum potitus est* ] *Κίννας τὸ μοναρχήσας*. Vius est hoc uocabulo Plutarchus hic aliquantulum improprie. *Μονάρχης* seu *μόναρχος* pro tyranno, & *μοναρχεῖν* pro tyrannidem gerere, apud Græcos sæpe dicuntur: ut apud Lucianum Phalaride secundo, *ὅς ἐστι δῆλον ὅτι παροίεται τὸ τὸ μοναρχεῖν ὑπέσται.* Et Polybus sic libro secundo sæpe est loquutus, *ὅτι βούρεται τὸν τὸν τὸν δόξα κτείναι περὶ μοχ, ἀπὸ λαλοῦται τὸν ἐν βούρα μόνον.* Nimirum id uocabulum eum significat qui solus reum potitur, idque iniuste. L. autem Cornelius Cinna non solus quidem, sed cum collegis quatuor consulatum gessit:

quia tamen ii fere ab ipso pendebant, & nutu Cinnae agebantur omnia, isque Marianam tyrannidem resuscitauerat, non male dicitur hic *μοναρχεῖν*. Dictatorem quidem fuisse (quod interpret habet) rectum non est.

708. c. *Atque ad Iunium qui cum imperio Asiam obtinebat* ] *Γούργων*, Iulium interpret. Ego Iunium posui, non tam quod hoc Græcis literis est affinius, quam Velleium sequutus Paterculum: apud quem, ubi hæc historia describitur, proconsul Asia nominatur Iunius, qui tum in Bithynia ageret.

Ibid.